catur Bell: 1. Lutheri verba *lib. de Concil. part.* 2. μιμητικὰ, ut καταφατικὰ proferens. 2. verba Lutheri ἐπεξηγητικὰ omittens. VI. *Lutherum Neſtorio & Entycheti Zelum bonum tribuiſſe: cauſam tumultus illo tempore in Catholicos retuliſſe: Hæreticos beatitudini, Epiſcopos ater: exitio adjudicaſſe* §. 25. *Illud* ut figmentum è Lutheri tractatu de Neſt. & Eutych. *p.261.* explodimus, *iſtud* ut experimentum cum hiſtoriis aſſerimus, hoc ut effatum certum τοῖν ἀμφοῖν recipimus. VII. *Melancht. Wigandum, Brentium, Smidlinum Chemnitium eaſdem hæreſes aluiſſe.* §. *26. ſeqq.* quod ut falſum infra notabitur *l.2. & 3.*

5. Hæc de Præfatione: in qua quid non atrociſſimæ hæreſeos Luthero aliisq; inuſtum? At verò initio lib. I. aſpice. 1. Jeſuitæ *frontem*, qui novorum Samoſatenorum & Arianorum ſententias explicãs, altum de Luthero ejusq; doctrina premit ſilentium. 2. nota item *conſcientiam*, ceu αὐτοκατάκριτος novit & perſpexit, quòd materiæ reſpectu, quam lib. hoc tractat ipſiſſimus ὁμόψηφοι quot quot invariatam Aug. Confeſs. amplectimur. Credimus enim & confitemur cum verè Catholica Eccleſia: *Unam in Divinitate eſſentiam, Filium Patri* *Lib.1* *C.1. & 2.*